








Zettel, C.

Observationes in Hippocratis Coi de äëre, aqua et locis libellum.



Jahres-Bericht

über die

Königliche Studienanstalt

zu

Eichstätt in Mittelfranken

für das

Studienjahr $18^{56}/_{57}$.

Mit einem Programme:

OBSERVATIONES IN HIPPOCRATIS COI DE AËRE AQUA ET LOCIS LIBELLUM.

Scripsit

CAROLUS ZETTEL.

Eichstätt, 1857.
Druck von Karl Brönner.

OBSERVATIONES IN HIPPOCRATIS COI DE AËRE AQUA ET LOCIS LIBELLUM.

Magni illius medici opera quum per plures annos non sine aliquo studio atque amore perpenderim, exhortantibus viris aliquot perdoctis mihique benevolis, quae observaverim, literis mandare institui.

Hunc vero imprimis librum, qui vulgo „*περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων*" inscribitur, cur tractandum elegerim, caussa est, quod minus pendet a reconditiore artis medicae cognitione; ad hoc accedit, quod genuinus sine dubio hic libellus Hippocratis est et dictionem magis perspicuam, quam in ceteris libris esse apparet. Atqui multis tamen scatet mendis neque pauca sunt corrupta, lacerata, lacunosa, quamvis homines, praeclara eruditione ac doctrina ornati, enixe curarent, ut textum emendatiorem exhiberent. Plures enim loci occurebant, in quibus non poteram ab iis viris non dissentire; minime quidem ego affirmaverim, omnes locos hucusque desperatos aut sanavisse me aut emendasse, — temeritatis hoc esset, non fiduciae — sed in eam spem adducor, futurum esse, ut nonnulla me recte vidisse et ad propagandam Hippocratis cognitionem nonnihil contulisse docti viri judicent. Id praemium si studio meo consecutus fuero, satis mihi erit.

Benevolo igitur, candide lector, haec accipias animo, nostrisque litteris fave et vale. —

Sectionum singularum numeros, ut exstant in Petersenii editione, retinuimus.

I, 1. . . . . *ἀλλὰ πουλὺ διαφέρουσι αὐταί τε ἑωϋτῶν καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι· κ. τ. α.*

Haec verba, quod ad sententiam attinet, tentata esse ab editoribus equidem non memini; verumtamen aliqua difficultas inest. Quaeritur enim, utrum verba *καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι* **recte hunc in modum explicentur „tum etiam propter varias, quae in eis contingunt, mutationes" [1]); jam vero dubitare non licet, quin verbis** *οὐ γὰρ ἐοίκασι οὐδὲν ἀλλὰ πουλὺ διαφέρουσι αὐταί τε ἑωϋτῶν* **vis vocis antecedentis** *ἑκάστη* **[2]) explanetur, verbis autem** *καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι* **sententia evolvatur, quae inest in**

---

1) Lilienhainius Grimmio auctore: „vielmehr sind sie auch an sich durch ihre eigenen Abwechselungen verschieden."

2) *πρῶτον μὲν ἐνθυμέεσθαι* (sc. *χρή*) *τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος, ὅ τι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἑκάστη· οὐ γὰρ ἐοίκασι οὐδὲν, κ. τ. α.*

ἀπεργάζεσθαι, ita ut enunciatio καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι sensu objectivo intelligi debeat. Verto igitur in patrium sermonem „andererseits durch die Veränderungen, die sie hervorbringen;" nam mutationes ipsorum anni temporum jam significantur verbis αὐταί τε ἑωϋτῶν διαφέρουσι. Ceterum conferas IV, 69.

I, 4. Concinnior esse videtur ordo hic verborum: . . . . κότερον ἄνυδρός τε καὶ ψιλή, ἢ ἔφυδρος καὶ δασείη, cum ex aquarum ubertate densitas arborum, calvitium regionis ex defectione illarum sequatur.

I, 5. Καὶ τὴν δίαιταν τῶν ἀνθρώπων, ὁκοίῃ ἥδονται, κότερον φιλοπόται καὶ ἀριστηταὶ, καὶ ἀταλαίπωροι, ἢ φιλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι καὶ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι· κ. τ. α.

Mendosum sine dubio illud ἀρίστηταί; nam primum vix satis commode explicaveris ipsam vocem, quae significat „pransores, pransitantes;" sed quis sanae mentis inculcare huic vocabulo sensum, qui inesse debet, quam corruptam censere malet scripturam; deinde requirimus vocabulum, sequenti φιλογυμνασταί oppositum, quod nescio an deliteat sub voce ἀριστηταί. Fortasse quispiam dicat, ἀριστητής qui vocetur, hominem esse, qui coenare h. e. probe edere non possit et ita bene opponi hoc substantivum illi „ἐδωδοί;" sed nugatoriam esse interpretationem, quivis emunctae naris sentiet. Re igitur accuratius reputata statuendum mihi videtur, et vitiatum esse ἀριστηταί et „οὐκ ἐδωδοί" verba inserenda esse; nec vereor, ne quis minutae subtilitatis ducat, tam anxie membra sententiae dispertire ac disponere; sic enim est ratio Hippocratis.

I, 7. . . . . ὁκόσα τε ἴδια ἑκάστῳ κίνδυνος γίγνεσθαι ἐκ μεταβολῆς τῆς διαίτης κ. τ. α.

ἴδια vim habet, ut nos dicimus „Specialkrankheiten;" oppositi sunt qui vocantur „morbi communiter grassantes" (Endemische (sic), non Epidemische).

I, 8. Εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, εἰ μεταστaίη τῆς γνώμης, μάθοι ἄν, ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικὴν, κ. τ. α.

Quae etsi ferri possunt, tamen et nexui sententiarum minus congrua et satis incondita atque abstrusa mihi videntur. Vulgaris interpretatio haec est: „quodsi quis ad astrologiam pertinere haec arbitretur, cet. Quid, si scribatur „εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα οὐ μετεωρολόγα εἶναι, μεταστaίη τῆς γνώμης καὶ μάθοι ἄν κ. τ. α.?" „si quis haec cum rerum sublimium cognitione non cohaerere opinetur, desistat opinione sua et discat" cet. Sic omnia bene procederent nec altera conjunctio conditionalis „εἰ" moleste repeteretur, id quod, quum temporali potius sensu hic usurpetur, maxime offendere debet. Negationem „οὐ", quam non semel in his libris excidisse manifestum est, infercire non audacius videtur.

II, 10. ἐσθίειν δ'οὐκ ἀγαθοὺς εἶναι, οὐδὲ πίνειν· κ. τ. α.

„Οὐκ" fortasse delendum est; minime enim, ut vulgo exstat lectio, cum iis consentit, quae Noster dicit § 17. „οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα πουλυβόρους τε εἶναι καὶ πουλυπότας.," si vicem verteris; ad hoc accedit, quod insequuntur verba „ὁκόσοι μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀσθενέας ἔχουσι, οὐκ ἂν εἴησαν ἀγαθοὶ πίνειν" quibus caussam affert, cur tales naturae probe potare nequeant; de hominibus non probe edentibus tacet. Ceterum conferendus est de victus ratione liber III.

II, 12. Τοῖσί τε παιδίοισι ἐπιπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τό τε παιδίον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.

Depravata esse verba, quicunque locum perspexerit, judicabit. Loquitur Hippocrates de convulsionibus et anhelitibus, quae puerilis sit affectio [3]) quamque homines falso sacrum morbum existiment. Editio Foesiana et omnes praeter Coraium, qui ex Septalii editione recepit τό τε θεῖον [4]), conspirant in lectione τό παιδίον ποιέειν, nisi quod Galeni commentarii in nostrum librum verba καὶ — ποιέειν omittunt.

3) (i. q. v. in Gal. comm. in lib. VI. Epid.)

4) Vid. de „θεῖον" § 111. Praeterea conferre licet, quae Noster initio de morbo sacro libri disserit.

Verum in his, ut vulgaris scriptura exhibet, nullus sensus idoneus est. Proximam vero equidem arbitror emendationem „τό τε θεῖον παιδίον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι“ et deum pueros his afficere, nisi potius τό τε παιδίον lacunae praecedere putemus, quae nescio an adjectivo praedicativo apte suppleri possit. Simili enim modo legimus infra § 14 „κατάῤῥοοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου παραπληκτικους ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθέωσι τὴν κεφαλήν, ἢ ῥιγώσωσι. Si quis servare volet Foesianam scripturam, timeo ne oleum et operam perditurus sit; nam interpretatio „puerum ita facere,“ in quibus subaudiendum erit „quum deus quidam affecerit“ exquisita nimis ac dura est.

II, 16. τὰς δὲ κεφαλὰς ὑγιηρὰς ἔχουσι καὶ σκληράς.

Huic sententiae continuari debent, quae in fine § 17 admodum incommode leguntur „ἐδωδοὺς δὲ ἀναγκαίη τὰς τοιαύτας φύσιας εἶναι καὶ οὐ πολυπότας· οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα πουλυβόρους τε εἶναι καὶ πουλυπότας,“ quum illic de morbis disserat medicus noster: contra, quae supra exstant „ῥηγματίαι τέ εἰσι ἐπὶ τὸ πλῆθος“ aut exstinguere, (paulo post § 17 denuo idem occurrit) aut post ejusdem sectionis verba „σκληρότης τῆς κοιλίης“ invehere consentaneum est. Quo facto integer nexus sententiarum sanus ac concinnus apparebit; quam emendandi rationem eo magis amplector, quod enunciatio § 17 „ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας ποιέει εἶναι καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης“ cum antecedentibus non nisi laxe cohaereat. — Suspicor praeterea, Hippocratem non scripsisse „ὑγιηρὰς ἔχουσι καὶ σκληράς“ sed „οὐχ ὑγρὰς ἔχουσι καὶ σκληράς;“ quippe respondent haec iis, quae II, 10 dicit [5]).

II, 18. Ὀφθαλμίας τε γίγνεσθαι μὲν διὰ χρόνου, γίγνεσθαι δὲ σκληρὰς καὶ ἰσχυράς· κ. τ. α.

Ego non abhorreo a suspicione, in priore verbo γίγνεσθαι aliud quid recondi. διὰ χρόνου Grimmius vertit „von Zeit zu Zeit.“ At sensus est „erst mit der Zeit, erst spät,“ quae vis haud raro in illa praepositione inest.

Ibidem leguntur verba „καὶ εὐθέως ῥήγνυσθαι τὰ ὄμματα.“

Lilienhainius interpretatur „Augenentzündungen.“ Noster exprimere vult, quod artis medicae periti Abscessum Corneae intelligunt.

Ibidem exstat „τά τε ἱρὰ νοσεύματα καλεύμενα.

Morbus enim sacer apud veteres etiam μεγάλη νοῦσος, Ἡρακλεία νοῦσος cet. nominatur. Plato in Timaeo morbos dicit sacros, qui sedem ac domicilium in cerebro habeant.

II, 22. ἔπειτα τὰ ὕδατα, ὁκόσα πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολάς ἐστι, ταῦτα λαμπρά τε εἶναι ἀναγκαίη καὶ εὐώδεα καὶ μαλακὰ καὶ ἐρατεινὰ ἐγγίγνεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ πόλι· κ. τ. α.

Odor suavis aquarum fit ex coctione (πέψις) recta. Aristoteles distinguit ὑπεροχὴν humoris, unde ἡ σηπεδών (foetor; nos: Faulgeruch) nascitur et ὑπεροχὴν caloris, unde fit odor combustionis (bremselnder Geruch).

Ibidem: ὁ γὰρ ἥλιος κωλύει (wirkt auflösend; omnes ceterae interpretationes errare mihi videntur; exemplis communire hanc significationem quantumvis difficile sit, tamen illis nihil opus est, ubi ratio et ingenium linguae non obsistunt). ἀνίσχων καὶ καταλάμπων· τὸ γὰρ ἑωθινὸν ἑκάστοτε αὐτὸς ὁ ἠὴρ ἐπισχει ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.

Male auctore Grimmio Lilienhainius medicus explicat: „Denn die aufgehende, sie bescheinende Sonne schützt sie, während die Morgenluft überall frische Kälte verbreitet“ et in § 25 eadem [6]) fere verba hunc in modum vertit „weil die Luft in den Frühstunden meist nebelicht bleibt.“ Ut legerit interpretator ἐπιχεῖ (sic enim scriptum in editione Foesiana et plerisque aliis libris,) tamen maxime mirum est, quod vir, tam acutus et Hippocratica ratione imbutus, rem tam perverse tractavit et

---

5) Τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγματώδεας κ. τ. α.

6) αἴτιον δὲ, ὅτι ὁ ἠὴρ τὸ ἑωθινὸν κατέχει ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ, ὅστις τῷ ὕδατι ἐγκαταμιγνύμενος τὸ λαμπρὸν ἀφανίζει· κ. τ. α.

carpi satis pro merito non potest. Aperte sensus hic est: diluculum enim ipse aër h. e. densus (nebula) [7]) ut plurimum semper occupat; sed sole emergente disturbatur. Contra in iis regionibus, quae ad occasus sunt expositae et a ventis ab oriente spirantibus obtectae, nebulae matutinae plus virium habent, quod sol serius emergit. — Ceterum post *κωλύων* desidero casum accusativum *ἀέρα*, quamvis omissum tolerare possimus.

II, 23 . . . *εἴπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐμφυόμενα κ. τ. α.*

. . . si quidem et alia innata (sc. hominibus meliora sunt; *ἐμφυόμενα* non idem significat quod in § 126, ubi est: *καὶ τἄλλα τά ἐν τῇ γῇ φυόμενα πάντα*, sed ut sermone vernaculo utar, „anerschaffen" est. Vulgaris explicandi ratio, quam et medicus Glogavensis temere sequitur [8]), alienissima est a nexu sententiarum.

II, 25. *ὁ γὰρ ἥλιος πρὶν ἄνω ἀρθῆναι οὐκ ἐπιλάμπει.* In patriam linguam transfero: bis sie schon etwas höher gestiegen ist, hat sie keine (intensive) Strahlenwirkung.

II, 26. *οὐ γὰρ προςέχουσι τὰ πνεύματα.*

Demptum est verbum *προςέχουσί* ex sermone nautico.

III, 29. *ἐδωδούς τε εἶναι τοὺς τοιουτέους καὶ διψηροὺς τάς τε κοιλίας ξηροτάτας τε καὶ τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω ἔχειν, κ. τ. α.*

ξηροτάτας τε Foesius et omnes habent; unus Coraius omisit encliticam; at vero quam facile fieri potuit, ut operarum sive negligentia sive errore nomen adjectivum, ut *σκληροτάτας*, praetermitteretur; aliter vocula *τε* prorsus supervacanea est. — Quae paullo supra sunt, „*ἐς γὰρ τὸν σπλῆνα αἱ σάρκες ξηντήκονται* intelligenda puto: lien enim omnes bonos humores absorbet. — In fine hujus descriptionis [9]) *ξύντροφον* est, quod cum lacte materno imbibimus.

Perscrutanti sectionem tricesimam illa Aristotelis doctrina in mentem mihi venit, qua evincitur, per tempus hiemale calorem in corpora infundi, tempore aestivo frigus.

III, 32. *Τῇσι δὲ γυναιξὶ οἰδήματα ἐγγίγνεται καὶ φλέγμα λευκόν· κ. τ. α.*

De pituita alba conferre licet librum de Affectionibus scriptum.

III, 33. . . . *καὶ τοῖσι ἀνδράσι κιρσοὶ κ. τ. α.* spectat ad *μανιώδεα νοσήματα* [10]).

III, 34. *Ἔτι δὲ αἱ γυναῖκες δοκέουσι ἔχειν ἐν γαστρὶ, καὶ ὁκόταν ὁ τόκος ᾖ, ἀφανίζεται τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός· τοῦτο δὲ γίγνεται ὑπὸ ὑδέρου, ὁκόταν ὑδρωπιήσωσι αἱ ὑστέραι.*

Integram fere hanc sectionem adjunctam malim iis quae supra § 32 de mulierum morbis dicta sunt. Quae autem in postrema paragrapho leguntur „*τὰ μεν τοιαῦτα ὕδατα νομίζω μοχθηρὰ εἶναι πρὸς ἅπαν χρῆμα*" excipere debent sententiam, quae exstat § 33 „*ἀλλὰ προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἱκνευμένου.*" Ego satis ducam monuisse.

III, 35. *Δεύτερα δὲ ὅσων εἶεν αἱ πηγαὶ ἐκ πετρέων· σκληρὰ γὰρ ἀναγκαίη εἶναι· ἢ εἴτε ὅκου θερμὰ ὕδατά ἐστι ἢ σίδηρος γίγνεται ἢ χαλκὸς ἢ νίτρον· ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίγνονται τοῦ θερμοῦ· κ. τ. α.*

Haesitant editores in lectione *ἢ εἴτε* (sic Foesius et plerique exhibent); nec sine justa causa; nam vix ferri potest. Petersenius legendum suspicatur *ἢ ἔχει*, fretus illis Galeni commentariis, ubi verba explicantur aut istic, ubi. Mihi ipsi lenissima videtur medela, pro *ἢ εἴτε* scribere *ἔπειτα·* Sensus enim est: secundo loco (sc. pravas esse aquas censeo) eas, quarum fontes in saxosis locis sunt; tum (tertio) ubi calidae sunt aquae et metallis mixtae.

---

7) Anaximenes philosophus aetherem distinguit ab aëre (gegenstandslose und gegenstandsvolle Luft).

8) „wie denn auch alle übrigen Erzeugnisse dieses Landes besser sind."

9) *τοῦτο μὲν τὸ νούσημα αὐτέοισι ξύντροφόν ἐστι καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος.*

10) Cf. Hipp. Epid. II, 15.

III, 43. *Περὶ δὲ τῶν ὀμβρίων, καὶ ὁκόσα ἀπὸ χιόνος, φράσω ὅκως ἔχει· τὰ μὲν οὖν ὄμβρια κουφότατα καὶ γλυκύτατά ἐστι καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα· τήν τε γὰρ ἀρχὴν ὁ ἥλιος ἀνάγει καὶ ἀναρπάζει τοῦ ὕδατος τό τε λεπτότατον καὶ κουφότατον· κ. τ. α.*

Respicit haec sententia veterum physicorum illud „*τὸ θερμὸν ἀναφέρεται.*"

Sequuntur deinde verba „*δῆλον δὲ οἱ ἅλες ποιέουσι κ. τ. α.*

Miror, medicum illum sagacem, qui Grimmii versionem revidit notulisque instruxit, Foesii, Kühnii, Halleri vestigiis impletis lectionem *αἱ ἅλες* amplecti. Penitus perspexit sensum Coraius, qui masculinam articuli formam ponendam esse conjecit. Quomodo enim justus fieret connexus sententiarum, si istud *αἱ ἅλες* tueremur; sequentia nimirum satis commonstrant, nostro loco de aquis stagnantibus (lacubus) sermonem esse, minime vero de mari. Noster declarare vult non solum ex aquis lacuum salsis solem sursum educere levissimam quamque partem, sed etiam e mari (*ἀπὸ τῆς θαλάσσης*) [11]). Aut removere nos conjunctionem „*ἀλλά*" infra exstantem necesse erit, aut supra legere cum Coraio „*οἱ ἅλες.*"

III, 44. *Ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μοῦνον τῶν λιμναίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς θαλάσσης καὶ ἐξ ἁπάντων, ἐν ὁκόσοισι ὑγρόν τι ἐστι· ἔνεστι δὲ ἐν παντὶ χρήματι· καὶ ἐξ αὐτέων τῶν ἀνθρώπων ἄγει τὸ λεπτότατον τῆς ἰκμάδος καὶ κουφότατον.*

Quae in hac sectione exponuntur a vetere medicorum magistro, Thaleticas attingere videntur sententias.

III, 46. *Διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδάτων* usque ad verba *ὥστε σήπεσθαι τάχιστα* interclusio magis est et antecedenti parti se applicare mihi videtur.

III, 47. . . . *ἐπειδὰν ἁρπασθῇ καὶ μετεωρισθῇ περιφερόμενον καὶ καταμεμιγμένον ἐς τὸν ἠέρα, τὸ μὲν θολερὸν αὐτέου καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται κ. τ. α.*

„*Περιφερόμενον*": vis atque eventus illius, quod Aristotelis est, *φορά*, *δῖνος* Democriti.

III, 48. . . . *ὁκόταν δέ κου ἀθροισθῇ καὶ ξυστραφῇ ἐς τωὐτὸ ὑπὸ ἀνέμων ἀλλήλοισι ἐναντιωθέντων ἐξαίφνης, τότε καταῤῥήγνυται, ᾗ ἂν τύχῃ πλεῖστον ξυστραφέν· τότε γὰρ ἐοικὸς τοῦτο μᾶλλον γίγνεσθαι, ὁκόταν τὰ νέφεα, ὑπὸ ἀνέμου στάσιν μὴ ἔχοντος ὡρμημένα ἐόντα καὶ χωρέοντα, ἐξαίφνης ἀντικόψῃ πνεῦμα ἐναντίον καὶ ἕτερα νέφεα· ἐνταῦθα μὲν πρῶτον αὐτέου ξυστρέφεται, τὰ δὲ ὄπισθεν ἐπιφέρεταί τε καὶ οὕτω παχύνεται καὶ μελαίνεται καὶ ξυστρέφεται ἐς τωὐτὸ καὶ ὑπὸ βάρεος καταῤῥήγνυται καὶ ὄμβροι γίγνονται.*

Si ordinem nexumque harum sententiarum accuratius consideraverimus, facili negotio inveniemus, notionem vocis *ἄνεμος* hic esse „aeris fluens unda" (nos: Luftströmung), *πνεῦμα* „ventus determinatus intelligi debet. — . . . *παχύνεται καὶ μελαίνεται κ. τ. α.* Satis mancam esse veterum investigationem rerum naturae, quivis ex hoc loco intelliget. Ergo crassior et nigrior nubes evadit, quasi vero, quod densum est, albere nequeat! Praeter hoc maxime offendit conjunctio *γάρ* [12]), quae sensu plane caret; neque est, quod in vulgari lectione acquiescamus, ubi semel prorsus falsum esse aliquid cognovimus. Nam sensus flagitat conjunctionem copulativam ut *καὶ* v. s. q.

Ibid. *ταῦτα μέν ἐστι ἄριστα κατὰ τὸ εἰκός· δέεται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀποσήπεσθαι, εἰ δὲ μή, ὀδμὴν ἴσχει πονηρήν, καὶ βράγχους καὶ βῆχας καὶ βαρυφωνίην τοῖσι πίνουσι προσίσταται.*

Lilienhainius et alii emendare studuerunt *ἀποσήπεσθαι*, pro quo *ἀποσήθεσθαι* scribere placuit; sed frustra laboraverunt. *Ἀποσήθεσθαι* enim non nisi de „cribrando" accipitur. Sane igitur

---

11) *Ἀνάγει δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ὑδάτων μοῦνον τῶν λιμναίων. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς θαλάσσης καὶ ἐξ ἁπάντων, ἐν ὁκόσοισι ὑγρόν τι ἐστι· κ. τ. α.*

12) *τότε γὰρ ἐοικὸς τοῦτο μᾶλλον γίγνεσθαι, κ. τ. α.*

est, quod ad conjecturam aliquam confugiamus; quae enim in libris exstat scriptura, *ἀποσήπεσθαι* (putritie secretionem pati; haec est vis verbi) aliena est a sententia, si quidem, id quod hoc loco propter *δέεται* propius ad verum accedit, alterum verbum *ἀφέψεσθαι* de hominibus, non de sole intelligendum erit, qua de caussa ego locum refingere malim: *δέεται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀπηθέεσθαι, εἰ δὲ μὴ, ὀδμὴν ἴσχει πονηρὴν, καὶ βράγχους καὶ βῆχας καὶ βαρυφωνίη* (non *βαρυφωνίην*) *τοῖσι πίνουσι προσίσταται.*

III, 50. *Γνοίης δ' ἂν ὧδε·*

Deponere non potest Noster morem medicorum redigendi pleraque in formulam medicamentariam.

III, 55. *Τεκμήριον δὲ ὅτι οὕτως ἔχει, τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον οὐρέουσι οἱ λιθιῶντες πρὸς τὸν γιγνόμενον ὀῤῥὸν, ὅτι τὸ παχύτατον καὶ θολωδέστατον αὐτέου μένει καὶ ξυστρέφεται.*

Ex verbis „*πρὸς τὸν γιγνόμενον ὀῤῥόν,*" quamvis operose defendere coneris, vix tamen sensum satis commodum elicias. Ego, si non ejicienda (ut Coraio jam placuit) at certe uncis adhibitis includenda censeo; non enim sine veritatis specie videtur, glossema esse ab aliquo editore in margine positum, neque id expressis litteris.

Ibidem legimus in fine „*Καὶ τὰ μὲν πλεῖστα οὕτω λιθιᾷ,*" quae verba evidenter omnia absolvunt, quae de vesicae et calculorum cruciatibus a § 53 usque ad § 56 agunt; quam ob rem sejungere ab hac sectione mihi placet.

IV, 58. *Περὶ δ' ἐτῶν* (sic Foesius et plures habent) *ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγιγνώσκοι, ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἔτος, εἴτε νοσερὸν, εἴτε ὑγιηρόν.*

Περὶ δὲ ὡρέων Coraius et alii legunt. Hanc quidem scripturam firmat Aphorismorum liber tertius. Aphorismi, qui dicuntur Hippocratis, omnino nihil aliud sunt, ac sententiae ex Nostri scriptis ab aliis excerptae. Sic initium lib. III Aphor. eadem tractat, quae in nostro hoc opusculo de anni temporibus paullo uberius exponuntur. Caeterum de annis Gal. comment. in lib. nostr. Nihilominus existimaverim, duo nomina substantiva exstitisse, quomodo persaepe in ejusmodi difficultatibus ratiocinari licet, et hanc sinceram fuisse lectionem puto „*Περὶ δὲ ὡρέων τοῦ ἔτεος ὧδε ἄν τις ἐνθυμεύμενος διαγιγνώσκοι ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἔτος κ. τ. α.*

IV, 59. . . . *Τῶν τε κοιλέων μὴ ξυνεστηκυιῶν*, ut sermone medicorum utar, „während die Cavitäten bei den Menschen keine Consistenz haben."

IV, 63 et 64. . . . *καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πολίων κέονταί γε καλῶς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων, ὕδασί τε χρέονται ἀγαθοῖσι, αὗται μὲν ἧσσον αἰσθάνονται τῶν τοιουτέων μεταβολέων· ὁκόσαι δὲ ὕδασί τε ἑλείοισι χρέονται καὶ λιμνώδεσι, κέονταί τε μὴ καλῶς τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἡλίου, αὗται δὲ μᾶλλον. Κὴν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται, θᾶσσον παύονται αἱ νοῦσοι. ἢν δὲ ἔπομβρον, πουλυχρόνιοι γίγνονται· καὶ φαγεδαίνας κίνδυνος ἐγγίγνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος, ἢν ἕλκος ἐγγένηται· τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ καὶ ἄσσα πολέμια ἀνθρώποισι ἐόντα νούσους ποικίλας ἐπιφορέει καὶ λειεντερίαι καὶ ὕδρωπες τελευτῶσι τοῖσι νοσεύμασι ἐπιγίγνονται· οὐ γὰρ ἀποξηραίνονται αἱ κοιλίαι ῥηϊδίως. Ἢν δὲ τὸ θέρος ἔπομβρον γένηται καὶ νότιον κ. τ. α.*

Hunc sententiarum ordinem Petersenii editio exhibet.

Ut omittam [13]), quantopere sudaverint docti viri, ut ordinem hujus descriptionis valde et in libris et per editores perversum restituerent, totum libellum qui diligentius perscrutatus erit, neque Petersenii rationem, quantumvis acutam atque ingeniosam, probabit, neque omnino, libris atque editionibus perpensis, verum se investigaturum esse sperabit. Jam primum quod ad Petersenii sententiam ac judicium

13) Vid. Praef. Peters.

attinet, haec opinor: enunciationum, quas incipiunt verba *καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πολίων κέονται, γε κ. τ. α.*, usque ad *καὶ λειεντερίαι*, ab illo viro huc positorum pannum sane alterum apte in § 63 legi, alterum vero minus prospere ibidem exhiberi luce clarius est. Enunciatio enim, quae continetur verbis *κῆν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται — ῥηϊδίως* bene quidem eo ipso loco, ubi Hamburgensis vult, legitur. Sententia vero, quae inducitur *καὶ ὁκόσαι μὲν, — αὗται δὲ μᾶλλον* procul dubio melius exhibetur in § 9, licet concedendum sit, etiam illic non artissime cohaerere orationem cum circumjacentibus. Verum ex duobus malis lenius eligendum erit. Nam quid est caussae, quod de situ urbium agat, quum de anni temporibus disputat? Opinio quidem est; at medelam afferre conari, quam silentio praeterire difficultatem satius est. Ceterum quod ad singula verba respicio, *τῶν τοιουτέων μεταβολέων* laedant aliquem; mihi quidem valde obscurum est, de quibus mutationibus in iis, quae praecedunt, disserat Noster.

V, 71. *Βούλομαι δὲ περὶ τῆς Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης δεῖξαι, ὁκόσον διαφέρουσι ἀλληλέων ἐς τὰ πάντα, καὶ περὶ τῶν ἐθνέων τῆς μορφῆς, τί διαλλάσσει καὶ μηδὲν ἔοικε ἀλλήλοισι.*

διαλλάσσει sensu intransitivo invenitur in Herod. lib. VII, 70. . . . *διαλλάσσοντες εἶδος μὲν οὐδὲν τοῖσι ἑτέροισι.* Noster quoque passim utitur; cf. § 119. . . . *τὰ δὲ διαλλάσσοντα ταὐτά ἐστι.*

V, 72. *Τὴν Ἀσίην πλεῖστον διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμπάντων, τῶν τε ἐκ τῆς γῆς φυομένων καὶ τῶν ἀνθρώπων· πουλὺ γὰρ καλλίονα καὶ μέζονα πάντα γίγνεται ἐν τῇ Ἀσίῃ· ἥ τε χώρη τῆς χώρης ἡμερωτέρη καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα καὶ εὐεργότερα.*

Veram hujus loci interpretationem invenisse mihi videor: *τῶν ἀνθρώπων* enim genetivus comparationis, qui dicitur, est, ut *τῆς χώρης*. Verto igitur in latinum: et homines (scil. Asiae gentes) hominibus (scil. Europaeis) humaniores et mansuetiores.

V, 73. . . . *τὴν δὲ αὔξησιν καὶ ἡμερότητα παρέχει πλεῖστον ἁπάντων, ὁκόταν μηδὲν ᾖ ἐπικρατέον βιαίως, ἀλλὰ παντὸς ἰσομοιρίη δυναστεύῃ.*

Ad doctrinam et rationem atomorum a Democrito profectam hic locus spectare videtur.

Ibid. verisimile est, post *τοῦ τε ψυχροῦ*[14]) excidisse verba *τοῦ τε θερμοῦ* v. s. q. Etiam Lillenhainius tale quid suspicatur vertens: und entfernt von einem kalten [und heißen] Himmel; idem confirmant subsequentis paragraphi verba *τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ;* contradicat fortasse quispiam, ibi (§ 74) de singulis Asiae terris agi[15]); at vero quod in sectione adjacenti exponitur, nihil aliud profecto est, nisi explanatio et propagatio eorum, quae in antecedenti tractantur; nec non reddunt probabilem meam conjecturam sententiae duarum sectionum simillimae. In utraque enim imprimis praedicatur situs terrarum in medio solis exortu et prospera tempestatum anni temperatio; itaque transitum de § 73 in § 74 huncce in modum perceptum velim: neque tamen ubique per totam Asiam eodem modo omnia se habent, sed eae (ipsae) regiones [scil. quas modo in commemoratione totius Asiae intuebar][16]) quae in medio calidi et frigidi sitae sunt, cet. (sondern eben nur diejenigen Gegenden) uberrimae et fertilissimae frugum arborumque sunt.

V, 74. . . . *οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐκκέκαυται λίην, οὔτε ὑπὸ αὐχμῶν καὶ ἀνυδρίης*

14) *Τὸ δὲ αἴτιον τουτέων ἡ κρᾶσις τῶν ὡρέων, ὅτι τοῦ ἡλίου ἐν μέσῳ τῶν ἀνατολέων κέεται πρὸς τὴν ἠῶ τοῦ τε ψυχροῦ ποῤῥωτέρω.*

15) *Ἔχει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίην οὐ πανταχῇ ὁμοίως, ἀλλ' ὅση μὲν τῆς χώρης ἐν μέσῳ κέεται τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. κ. τ. α.*

16) Haec vero subaudire consentaneum est.

ἀνεξήρανται, οὔτε ὑπὸ ψύχεος βεβιασμένη νοτία τε καὶ διάβροχός ἐστι ὑπό τε ὄμβρων πολλῶν καὶ χιόνος.

Nomen *ἀνυδρίης* **non modo plane inanem et molestam, sed ineptam quoque hoc loco exhiberi, quisque primo adspectu sentiet. In praecedentibus enim docet Hippocrates, ejusmodi terras aquis abundare; jam sequi debent caussae afferendae, cur ita se habere necesse sit; atqui, id quod prorsus ridiculum est, superior sententia per semet ipsam confirmatur. Quare dubitatio mihi movetur, utrum sana sit scriptura** *ἀνυδρίης*.

V, 76. . . . *τὸ δὲ ἀνδρήϊον καὶ τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἔμπονον καὶ τὸ θυμοειδὲς οὐκ ἂν δύναιτο ἐν τοιαύτῃ φύσι ἐγγίγνεσθαι, μήτε ὁμοφύλου, μήτε ἀλλοφύλου, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν ἀναγκαίη κρατέειν. διότι πουλύμορφα γίγνεται τὰ ἐν τοῖσι θηρίοισι.*

Coraius recte suspicatur lacunam; quid enim sibi veliat verba *διότι πουλύμορφα γίγνεται τὰ ἐν θηρίοισι,* **haud intelligo. Certe non licet copulare ea eum antecedentibus neque cum illis, quae ipsa excipiunt, nisi forte credimus, propter insitam cupidinem in feris multiformos partus gigni. Equidem aut cum Coraio deesse plura existimaverim aut corruptelam inesse vocabulo** *θηρίοισι*.

In eadem sectione: *περὶ μὲν οὖν Αἰγυπτίων καὶ Λιβύων οὕτως ἔχειν μοι δοκέει.*

Aegyptii, utpote apud veteres, et hic ponuntur in gentibus Asiaticis. Ceterum medicus de iis nationibus quae regiones inter ortum brumalem et meridiem spectantes incolunt, tacet, quod valde mirum mihi videtur.

V, 82. . . . *εἰ οὖν γίγνονται ἔκ τε τῶν φαλακρῶν φαλακροὶ, καὶ ἐκ γλαυκῶν γλαυκοὶ, καὶ ἐκ διεστραμμένων στρεβλοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, καὶ περὶ τῆς ἄλλης μορφῆς ὡὐτὸς λόγος, τί κωλύει καὶ ἐκ μακροκεφάλου μακροκέφαλον γίγνεσθαι.*

Absurdum videatur, ex glabris glabros gigni neque dubitandum est, quin non tam calvitiem capitis quam capillum rarum (dünner Haarboden) intelligere debeamus. Ad nostrum locum vid. Herod. III, 12.

Ibidem paullo supra legitur: *Ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός.*

Iterum atque iterum Hippocrates eandem, quam Leucippus et postea Democritus, philosophiae rationem ac disciplinam sectatur, per infinitam corporum individuorum et insecabilium multitudinem non modo universum mundum coaluisse, verum etiam, quaecunque in eo fiant, tali modo exsistere.

Ad ultimum scriptum invenimus: . . . *νῦν δὲ ὁμοίως οὐκ ἔτι γίγνονται, ἢ πρότερον· ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἔτι ἰσχύει διὰ τὴν ἀμελίην τῶν ἀνθρώπων. κ. τ. α.*

Non perspicuum mihi videtur, quomodo conveniant haec cum istis, quae supra exstant § 81 *τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος ἐν φύσι ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν.* **Aperte altera alteri sententia repugnat. Quoniam, ut supra Noster docet, progredientibus temporibus lege non opus erat, qua Macrocephali, qui dicuntur, ad infantis caput, ut in longitudinem adolescat, effingendum adstringerentur, quum in naturam ipsam abiret, jam nunc sermo esse non potest de legum debilitate et languore, sed de naturae infirmitate, quae ex hominum negligentia proficiscatur. Si in libris pro** *ὁ γὰρ νόμος* **esset** *ἡ γὰρ φύσις,* **integer sensus exhiberetur. — Neminem adhuc in eandem vituperationem mecum incidisse, pro certo scire mihi videor.**

V, 84. *Διὰ ταύτας δὴ τὰς προφάσιας τὰ εἴδεα ἀπηλλαγμένα τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔχουσι οἱ Φασιηνοί. τά τε γὰρ μεγάθεα μεγάλοι, τὰ πάχεα δὲ ὑπερπαχέες.*

Ex nomine adjectivo *ὑπερπαχέες*, licet haud satis certo, tamen *ὑπερμέγαλοι* lectum in textu fuisse, colligas.

V, 85. . . . *αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων, αἰεί τε ἐγείρουσι τὴν γνώμην τῶν ἀνθρώπων καὶ οὐκ ἐῶσι ἀτρεμίζειν.*

Adest varietas lectionum. Codex manuscriptus B a Coraio collatus exhibet scripturam *αἰεί τε*, nec non alii libri eandem servant: Coraius ipse in editione priore ex Calvini versione recepit *αἴτε*. Utraque vero lectio sensui minus est idonea; nam verba *αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων*, quantumvis aptam interpretationem enitaris, sensum tolerabilem non praebent. Sin legimus, quae correctio audax non est, *αἱ γὰρ μεταβολαί εἰσι τῶν πάντων αἴτιαι τε καὶ ἐγείρουσι τὴν γνώμην τῶν ἀνθρώπων*, omnia pulcre procedunt.

V, 87. *Ἔτι δὲ πρὸς τουτέοισι τῶν τοιουτέων ἀνθρώπων ἀναγκαίη ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ἀπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης, ὥστε καὶ, εἴ τις φύσει πέφυκε ἀνδρήϊος καὶ εὔψυχος, ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ἀπὸ τῶν νόμων.*

Sic legitur in omnibus fere libris. Ut praetermittam, quantam navaverint editores operam loco enucleando, quantumque studium consumpserint, ut per conjecturas cum diversas tum nimis temerarias verum sensum extorquerent, primum respicere debemus, quemadmodum cum praecedentibus nostra verba cohaereant. Sensus hic est: Gentes Asiaticae per dominationem non fortes sunt, quum fructus laborum bellicorum reges percipiant. Praeter hoc magis magisque abalienantur a rebus militaribus et virtute, itaque fit, ut homines etiam natura fortes, quoniam occasio rerum gerendarum praecisa est, ipsis legibus, sc. ipsa rei publicae constitutione, detineantur a virtute. Quin pravata sint quaedam, ac corrupta, nemo in dubium revocabit. At lenissima medela adhibenda erit. Equidem pro *ἀργίης* scribere malim *ἀνδρίης*. Quodsi hanc conjecturam adoptes, omnia bene se habeant. Hac enim voce mutata (at quam facile talis oculorum lapsus irrepere poterat) in latinum sermonem transfero: Ad haec autem hujuscemodi hominum terram et a rebus bellicis et a virtute abalienari (*ἐρημοῦσθαι* hanc notionis vim haud raro habet) necesse est, ita ut, etiam si quis natura factus sit fortis et animosus, virtus (Aktivität) ex legibus (*ἀπὸ* [17]) pro praepositione *ἐκ* originem et exordium significans) avertatur. — Omnes ceterae interpretationes, quas afferre longum est, haesitant nec sufficere mihi videntur.

V, 88. *Μέγα δὲ τεκμήριον τουτέων, ὁκόσοι γὰρ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες ἢ Βάρβαροι μὴ δεσπόζονται, ἀλλ' αὐτόνομοί εἰσι καὶ ἑωϋτέοισι ταλαιπωρεῦσι, οὗτοι μαχιμώτατοί εἰσι πάντων· κ. τ. α.*

Probabile videtur, illos *αὐτονομόυς* duodecim urbes Joniae foederatas intelligere scriptorem.

VI, 94. . . . *περί τε τῶν ὡρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πουλὺ ἀπήλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος καὶ ἔοικε αὐτὸ ἑωϋτέῳ, ὥσπερ τὸ Αἰγύπτιον, καὶ ἥκιστα πουλύγονόν ἐστι.*

Mirum videatur cuipiam, quod Hippocrates Aegyptios tanquam praetereundo attingit et velut obiter memorat et hic et in §§. 91, 101, nec a vero abest, laceratas esse et lacunosas sententias.

VI, 97. *Καὶ τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα, ἀλλ' οἷά τέ ἐστι ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι· ὁ γὰρ χειμὼν κωλύει καὶ τῆς γῆς ἡ ψιλότης, καὶ ὅτι οὐκ ἔστι ἀλέη, οὐδὲ σκέπη.*

Iterum [18]) magnitudo ferarum commemoratur, quod equidem moleste ferendum censeo.

Ibid. Enunciatio, quam incipiunt verba *αἱ γὰρ μεταβολαὶ κ. τ. α.* incolumi sensu ad priorem sententiam referri non potest; quare admodum suspiciosa sunt, quae hic leguntur, sive potius plura excidisse putandum est.

---

17) *Ἀπὸ* non semel pro *ὑπὸ* ab Hippocrate adhibetur.

18) Vid. § 95; *Καὶ ἡ χώρη ἐλάχιστα θηρία τρέφει κατὰ μέγαθος καὶ πλῆθος· κ. τ. α.*

VI, 111. *Καί τοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐστι, οὐ τοῖσι γενναιοτάτοισι τῶν Σκυθέων καὶ τοῖσι πλουσιωτάτοισι προςπίπτειν μούνοισι, ἀλλὰ τοῖσι ἅπασι ὁμοίως, καὶ μᾶλλον τοῖσι ὀλίγα κεκτημένοισι, οὐ τιμωμένοισιν, ἤδη, εἰ χαίρουσι οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνδρώπων καὶ ἀντὶ τουτέων χάριτας ἀποδιδόασι· κ. τ. α.*

Offensionem habere aliquam hunc locum, vidit Coraius et mutavit *εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι κ. τ. α.* Equidem hanc, ut est nimis violenta emendatio, rejiciendam existimo; neque utilitatem ejus conjecturae agnosco. At correctione non est opus, si quidem, ut ego opinor, interpretes in eo peccaverunt, quod participium *τιμωμένοισι* sensu medio h. e. activo potius sumpserunt. Hoc vero loco vocabulum *τιμωμένοισι*[19]) supra dicto *γενναιοτάτοισι* opponitur et sensum passivum habet. Illic sermo est de nobilibus et divitibus Scythis, hic de pauperibus et abjectis (humilioribus). Post *τιμωμένοισι* autem majorem pono distinctionem. Jam vero, (*ἤδη*) pergit Noster, si quidem dii laetitia afficiuntur cet. nimirum homines, divitiis magnis ornati, plura sacra atque ampliora facere possunt, quam inopes et pauperes. Hanc meam explicandi rationem sane impedire videtur conjunctio *γάρ*[20]) post *εἰκὸς* collocata, neque eo secius vera me sentire puto, opinantem, neglectam esse sententiam primitivam, sive potius contineri exponente enunciatione. Hoc modo oratio sincera procedat, quin vocula *ἤδη* commutetur; neque vero contenderim, alia ratione aut difficultatem expediri aut obscuritati lucem afferri non posse.

VI, 121. . . . *καὶ εἰ μὲν ποταμοὶ ἐνείησαν ἐν τῇ χώρῃ, οἵτινες ἐκ τῆς χώρης ἐξοχετεύουσι τό τε στάσιμον καὶ τὸ ὄμβριον, οὗτοι ἂν ὑγιηροί τε εἴησαν καὶ λαμπροί· εἰ μέντοι ποταμοὶ μὲν μὴ εἴησαν, τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ στάσιμα πίνοιεν καὶ ἑλώδεα, ἀναγκαίη τὰ τοιάδε εἴδεα προγαστρότερα εἶναι καὶ σπληνώδεα.*

Sic habet editio Petersenii; misere locus tractatus est. Quae necessaria caussa plures editores adduxerit, ut miscerent scripturas diversissimas (*τὰ τοιάδε εἴδεα* Coraius ex Galeno recepit; *τὰ τοιαῦτα πρὸς γαστρὸς ἄτεα εἶναι καὶ σπλήνεα* Codex Parisiensis A a Coraio collatus et editio Aldina habent; *τὰ τοιαῦτα τῆς γαστρὸς ἀτηρέα εἶναι καὶ σπληνός* Foesius et plures legunt.) et verba, prout ipsis convenerunt, disponerent, non liquet. Ego pro mea parte conservandam censeo scripturam Foesii. Obstat enim isti violentae correctioni *τὰ τοιάδε εἴδεα προγαστρότερα εἶναι καὶ σπληνώδεα* primum omissum in codice Parisiensi A nomen *εἴδεα;* deinde *πρόγαστρος*, nisi fallor, est *ἅπαξ λεγόμενον*, quod dicitur: fortasse dixerit aliquis, etiamsi vocabulum alibi non inveniatur, caussam esse nullam, quare non licuerit ea uti; sed hoc ipsum concedatur; si scriptura haec in libris esset, non minus servanda foret, quam nunc per conjecturam tanquam via furtiva importare non licet: ad summam totus editorum labor irritus est eorumque ratiocinatio concidit, quum *τὰ τοιαῦτα* ad *ὕδατα* aptissime referri appareat; sin *εἴδεα* in libris manuscriptis exstaret, delendum, opinor, potius quam retinendum esset. Quid enim *τὰ τοιαῦτα εἴδεα?* In his regionibus (scil. locis concavis, herbosis et aestuosis) ubi flumina, quae aquas fontanas statuarias abducant, desunt, nonne alii homines sunt, alii vero in iisdem, ubi flumina ea adsunt? Quid igitur repugnat, quin lectionem Foesianam recipiamus? Sensus est: has (sc. aquas) ventri et lieni noxias esse necesse est. Nomen adjectivum *ἀτηρής* pro *ἀτηρός* cum Genetivo casu saepius invenitur apud Hippocratem.

VI, 122, 123. *Ὁκόσοι δὲ ὑψηλήν τε οἰκέουσι χώρην, καὶ λείην καὶ ἀνεμώδεα, καὶ ἔνυδρον, εἴη*

19) Xen. Cyr. VIII, 3, 9. . . . *ὧν ἐντὸς οὐδενί ἐστιν εἰδέναι τῶν μὴ τετιμημένων.*

20) *εἰκὸς γὰρ τοὺς μὲν πλουσίους θύειν πουλλὰ τοῖσι θεοῖσι καὶ ἀνατιθέναι ἀναθήματα κ. τ. α.*

ἂν εἴδεα μεγάλα καὶ ἑωϋτοῖσι παραπλήσια, ἀνανδρότεραι δὲ καὶ ἡμερώτεραι τουτέων αἱ γνῶμαι. Ὁκόσοι δὲ λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλὰ, τῇσι δὲ μεταβολῇσι τῶν ὡρέων οὐκ εὔκρητα, ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα εἰκός τε σκληρά τε εἶναι καὶ ἔντονα καὶ ξανθότερα ἢ μελάντερα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς ὀργὰς αὐδάδεάς τε καὶ ἰδιογνώμονας· ὅκου γὰρ μεταβολαί εἰσι πυκνόταται τῶν ὡρέων καὶ πλεῖστον διάφοροι αὐταὶ ἑωϋτέῃσι, ἐκεῖ καὶ τὰ εἴδεα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς φύσιας εὑρήσεις πλεῖστον διαφερούσας.

Verbis *ὅκου γὰρ μεταβολαί εἰσι κ. τ. α.* **inepte vis argumentandi adhibetur. Ubinam enim in iis, quae praecedunt, de magna morum naturaeque hominum diversitate disserit? Noster dicit: At qui aridas regiones, aquis carentes tenent, neque temperatas anni temporum mutationes habent, hac in regione homines robusto ac valido corporis habitu esse par est, et colore flavo potius quam nigro, superbos cet. Jam pergit: Ubi enim anni temporum mutationes et crebrae sunt et plurimum inter se discrepant, ibi et formas et mores et naturas maxime diversas reperias. Egregie vero convenirent sententiae, si tale quid praecederet, ut paullo supra, ubi verba** *καὶ ἑωϋτοῖσι παραπλήσια* **exstant. Quare** *καὶ οὐχ ἑωϋτοῖσι παραπλήσια* **vel similis sententia admodum desideratur; id, errore aliquo neglectum et praetermissum, si invehemus, illa conjunctio caussalis habet, quo referatur; sin minus, ingrata ac perinepta est.**

Haec igitur sunt, quae omni qua potui cum diligentia recognovi, illustravi nec non, quomodo mihi persuadeo, emendare studui. Multa quidem, quae ad interiorem atque accuratiorem scriptoris intelligentiam idonea sint, adjicere possum, sed et parva exigui temporis usura et consilium finisque commentationis cholasticae paucarum plagularum complexum transgredi vetant. Illud extremum est, ut meam de toto Hippocratis opusculo opinionem agglutinem. Fuerunt enim, qui dubitarent hunc libellum de aëre, aquis et locis ab eo, ad quem refertur, conscriptum esse. Imprimis Hallerus Europaeo putat addicendum, non medico illi Jonico, sed perperam id statuere videtur. Quod enim ad Galeni animadversionem, in hoc libro multa inesse, quae ab Aphorismorum libris dissentiant, sane discrepantia quaedam occurrit, verum Aphorismi, ut supra jam memoravimus, etsi non praeter rationem Hippocratis, at certe ab ipso profecti non videntur; quare conjicere non licet, hunc libellum esse subditicium. Pergamenum praeterea medicum atque Erotianum Hippocrati vindicasse eum certum et exploratum est, neque Grunerus, Coraius, Kühnius de scriptore dubitant. At haec jam ab aliis alias tractata sunt: Quod vero ad incorruptam integritatem pertinet, in discrimen merito vocabitur. Hippocrates enim disputat de vi ventorum, de aquarum generibus, de anni temporibus, quidque intersit inter Asiam et Europam earumque gentes quid distinguat; addit etiam, quibus rebus Europaei ipsi inter se diversi et impares sint pro caussis, anni tempestatibus, aquis, regionibus. Nunc vero nemo non perspicit, medicum nostrum fusius ac copiosius de ventis et aquis, quam de regionibus earumque incolis dicere; nam primum gentes quasdam et nationes illius aevi, quo Hippocrates vixit, hominibus bene notas, ut Aegyptios cet., leviter attingit; deinde singulas coeli plagas prorsus silentio praeterit. Adjice, quod lacunarum magnarum vestigia in parte V et VI expressa et manifesta passim occurrant. Haec perpensata, aliud atque aliud animo subjiciente, ad eam cogitationem me adduxerunt, ut ante partem opusculi quintam plura deesse existimem; quippe

3*

initium ejus capitis nimis abruptum est. In V, 76 sub finem vox *οὖν* (. . . *διότι πουλύμορφα γίγνεται τὰ ἐν τοῖσι θηρίοισι. περὶ μὲν οὖν Αἰγυπτίων καὶ Λιβύων οὕτως ἔχειν μοι δοκέει.*), quae particula orationi vinciendae atque absolvendae est, textum mancum esse, satis confirmat, quum de gentibus Asianis universe, singulariter de Aegyptiis et Libibus non dicatur. Vid. quae supra ad hunc locum observata notavi. — Tametsi haec omnia ita se habeant, normam tamen habeas, quam in aestimando ingenio Hippocratico sequaris neque ego timeo, ne, quod ipse non ductor sim, sed viam tantummodo monstraverim, proptera habiturus sim iniquos reprehensores.



Corrigenda:

Pag. 8. vers. III pro inanem et molestam, sed ineptam lege: inane et molestum, sed ineptum.

Königliches Gymnasium.

IV. Gymnasial-Klasse.

A. Lehrer:

a) Klaßlehrer: **Seb. Mutzl**, k. Studienrector und Professor, Ritter des Verdienstordens vom hl. Michael.

b) Lehrer des Religionsunterrichtes, der Mathematik und Physik: der k. Prof., Priester **Fr. J. Richter**.

c) Lehrer der cursorischen Classiker-Lectüre: der k. Assistent **Karl Zettel**.

B. Lehrgegenstände und Lehrstunden:

a) Religionslehre (wöchentl. 2 St.) nach dem vorgeschriebenen Lehrbuche: I. Theil, von Seite 1—189 (allgemeine Religionslehre).
b) Lateinische Literatur (wöchentl. 6 St.): 1) Prosaiker, statarisch: **Ciceronis disput. Tusc. l. I.**; cursorisch: **Ciceronis or. pro Archia, pro Milone, de imp. Gn. Pomp.**; 2) Dichter: **Virgilii georg. l. I.**; mehrere Episteln und Satiren des Horatius; 3) schriftliche Uebungen.
c) Griechische Literatur (wöchentl. 5 St.): 1) Prosaiker: **Demosthenis or. adv. Philipp. I. u. II, or. pro pace**; 2) Dichter: **Sophoclis Antigone**; 3) schriftliche Uebungen.
d) Deutsche Literatur (wöchentl. 2 St.): 1) Rhetorik nach Bone; 2) verschiedene schriftliche Uebungen.
e) Mathematik (wöchentl. 3 St.): 1) Fortsetzung der Planimetrie; 2) ebene Trigonometrie; 3) Stereometrie.
f) Physik (wöchentl. 2 St.): 1) die allgemeinen Eigenschaften der Körper; 2) mehrere Lehrsätze aus der Statik.
g) Geschichte (wöchentl. 2 St.): 1) neuere und neueste Geschichte; 2) bayerische Geschichte: von Herzog Maximilian I bis auf unsere Zeit, nach Dictaten.

C. Fortgang der Schüler:

Zahl der anfangs inscribirten Schüler: 18; — der am Schlusse vorhandenen: 17.

Allgem. Fortgang.	Namen der Schüler nach dem Jahresfortgange.	Alter		Geburtsort.	Stand und Wohnort der Aeltern.	Besondere Fortgangs-Plätze.					
		Jahre	Monate			Religionslehre	Latein	Griechisch	Deutsch	Mathematik und Physik	Geschichte
I	Jos. Köppel, Z. d. b. K. S.	19	8	Eichstätt	Hafnermeister in Eichstätt	I	2	3	1	3	1
II	Friedr. Dumm, Z. d. b. K. S.	20	4	Eschenbach	Färbermeister in Eschenbach †	I	3	1	3	2	3
3	Joh. Schmelzer, Z. d. b. K. S.	19	7	Berching	Schuhmachermeister in Berching †	I	1	2	2	11	6
4	Karl Friedr. Arnold	17	10	Eichstätt	k. App.-Ger.-Präsident in Eichstätt	I	6	6	4	1	2
5	Joh. Krauß, Z. d. b. K. S.	18	8	Neumarkt, Ob. Pf.	Gastwirth in Neumarkt	I	4	4	5	7	4
6	Seb. Ablaßmeyer, Z. d. b. K. S.	20	6	Buchdorf, Sch. N.	Bauer in Buchdorf	I	4	5	9	5	7

Allgem. Fortgang.	Namen der Schüler nach dem „„ Jahresfortgange.	Alter: Jahre	Alter: Monate	Geburtsort.	Stand und Wohnort der Aeltern.	Besondere Fortgangs-Plätze: Religionslehre	Latein	Griechisch	Deutsch	Mathematik und Physik	Geschichte
7	Franz Hutter, Z. d. b. K. S.	19	7	Berching	Seilermeister in Berching	I	7	7	7	10	8
8	Mich. Altmann, Z. d. b. K. S.	21	4	Prensdorf, Ob. Pf.	Bauer in Prensdorf	I	9	9	8	13	9
9	Theod. Meyer, Z. d. b. K. S.	21	5	Ornbau	Schullehrer in Ornbau	I	12	8	15	3	5
10	Jos. Meyer	20	6	Jahrsdorf, Ob. Pf.	Weber in Jahrsdorf	I	10	10	10	12	10
11	Will. Mayr	20	—	Ansbach	k. App.-Ger.-Secretär in Eichstätt	I	8	12	16	8	12
12	Fr. X. Gruner	18	9	Neumarkt, Ob. Pf.	Gastwirth in Neumarkt	I	10	13	6	16	14
13	Jos. Stettner	20	—	Burglengenfeld	k. Landrichter in Beilngries	II	14	11	13	6	15
14	Otto Hiemer	21	2	Eichstätt	k. Bezirksgeometer in Hemau	I	13	15	11	8	17
15	Jos. Reischer	22	2	Riedenburg, Ob. Pf.	Eisenhändler in Riedenburg	I	15	14	17	14	11
16	Xav. Edelmann	23	—	Beilngries	Bindermeister in Beilngries	II	16	16	11	17	13
17	Mich. Fiegl	21	—	Eichstätt	Melber in Eichstätt †	II	17	17	13	14	16

Preiseträger und Preisebücher:

A. Aus dem allgemeinen Fortgange: **Köppel**, Jakob Balmes' Katholicismus ꝛc.; **Dumm**, Jak. Balmes' Lehrbuch der Elemente der Philosophie. — B. Aus der Religionslehre: **Schmelzer**, Augustinus de civitate Dei.

Bemerkungen:

1) Der hoffnungsvolle Schüler Andr. **Kelch**, Zögling des bischöflichen Knabenseminars, starb am 30. Jäner. 2) Das Französische war nach der allerhöchsten Entschließung vom 21. Oct. 1854 für die IV. Gymnasial-Klasse noch nicht obligatorisch, wird es aber im nächsten Schuljahre seyn. 3) Zwischen dem Schüler X. **Gruner** und seinem Vorgänger Will. **Mayr** ist der Unterschied sehr gering. 4) Durch Kränklichkeit waren Jos. **Mayer**, X. **Gruner** und Joh. **Schmelzer** an ihren Studien mehrmals gehindert.

III. Gymnasial-Klasse.

A. Lehrer:

a) Klaßlehrer: **Karl Kugler**, k. Gymnasialprofessor.
b) Lehrer des Religionsunterrichtes, der Mathematik und Physik: der k. Prof., Priester **Fr. X. Richter**.
c) Lehrer der französischen Sprache: der k. Prof. **Georg Fischer**.
d) Lehrer der cursorischen Classiker-Lectüre: der k. Assistent **Karl Bettel**.

B. Lehrgegenstände und Lehrstunden:

a) Religionslehre (wöchentl. 2 St.): Christkatholische Sittenlehre nach dem vorgeschriebenen Lehrbuche.
b) Lateinische Literatur (wöchentl. 6 St.): 1) Prosaiker: die III. u. IV. Rede Cicero's in Catilinam; cursorisch: Livii l. II; 2) Dichter: Horatii odarum l. I; epodon lib.; 3) Schul- und Hausaufgaben. Mündliche Stilübungen.
c) Griechische Literatur (wöchentl. 5 St.): 1) Prosaiker: Isocratis Panegyricus von 1—122; 2) Dichter: Euripidis Alcestis; cursorisch: Homeri Iliadis Rhapsod. VI, VII, VIII u. IX; 3) Schul- und Hausaufgaben.
d) Deutsche Literatur (wöchentl. 2 St.): Poetik nach **Bone**; 2) deutsche Literaturgeschichte nach **Pütz** u. **Bone**; 3) Lectüre und Erklärung klassischer Dichtungen; 4) schriftliche Uebungen.

e) Französische Sprache (wöchentl. 2 St.): 1) Grammatik (syntakt. Theil mit französisch gegebenen u. examinirten Regeln); 2) Lectüre: Narrations et Pièces de Théâtre nach dem vorgeschriebenen französischen Lesebuche von Süpfle.
f) Mathematik (wöchentl. 3 St.): Geometrie und mathematische Geographie.
g) Geschichte (wöchentl. 3 St.): 1) allgemeine: vom zehnten Jahrhundert bis zum westphälischen Frieden nach Pütz; 2) bayerische: von Herzog Arnulf bis zum Tode des Churfürsten Maximilian I nach Dictaten.

C. Fortgang der Schüler:

Zahl der anfangs inscribirten Schüler: 17; — der am Schlusse vorhandenen: 18.

Allgem. Fortgang.	Namen der Schüler nach dem Jahresfortgange.	Alter		Geburtsort.	Stand und Wohnort der Aeltern.	Besondere Fortgangs-Plätze.						
		Jahre	Monate			Religionslehre	Latein	Griechisch	Deutsch	Französisch	Mathematik und Physik	Geschichte
I	Emmeram Weigl, Z. d. b. K. S.	19	3	Absberg	Maurer in Absberg	I	1	1	1	2	2	1
II	Max Vögele, Z. d. b. K. S.	18	1	Greding	Färbermeister in Greding	I	2	2	3	1	8	5
3	Anton Regler, Z. d. b. K. S.	19	2	Oberbreitenlohe	Gütler in Oberbreitenlohe †	I	3	3	2	6	6	3
4	Joh. Grünner, Z. d. b. K. S.	19	2	Neumarkt, Ob. Pf.	Goldarbeiter in Neumarkt	I	7	4	9	5	1	2
5	Ferd. Knödel, Z. d. b. K. S.	19	3	Rauenzell	k. Forstwart in Rauenzell †	I	4	7	5	9	4	4
6	Friedrich Weber, Z. d. b. K. S.	18	4	Wallerstein, Sch. N.	fürstl. Aktuar in Wallerstein	I	9	8	6	4	2	7
7	Joh. Wittmann, Z. d. b. K. S.	19	11	Eichstätt	Metzgermeister in Eichstätt	I	5	5	13	7	8	5
8	Georg Widenbauer, Z. d. b. K. S.	19	2	Hohenburg, Ob. Pf.	k. Posthalter in Kastl, Ob. Pf.	I	6	6	9	7	7	10
9	Ludwig Brandmeyer	18	6	Eichstätt	Sattlermeister in Eichstätt †	I	9	12	7	3	11	7
10	Friedrich Jägerhuber, Z. d. b. K. S.	18	2	Wemding, Sch. N.	k. Forstwart in Wemding	I	8	10	4	13	13	9
11	Math. Albrecht	19	3	Berletzhausen	Bauer in Berletzhausen	I	13	11	11	10	5	13
12	August Gett, Z. d. b. K. S.	22	5	Memmingen, Sch. N.	k. App.-Ger.-Rath in Bamberg	I	11	15	7	14	8	15
